

fed tantummodo illius, cujus beneficio descen- dentes ipsi ad feudum admittuntur. Et ita secundum hanc opin. in facti contingentia judicavit Senatus.

6 Sed quid dicendum est, quando feudum est concessum simpliciter alicui, nulla facta mentione (h) filiorum, neque heredum, puta, concedo tibi tale castrum in feudum, nunquid tale feudum (quod aliqui nominant informe) transibit ad heredes, an autem censetur concessio personalis, que non transeat ad descendentes, vel successores? Resp. quod tale feudum ita concessum nihilominus transit ad heredes, scilicet ad eos, qui alias ex natura feudi succedunt. Ita tenet Petrus de Bellapert. in l. apud Julianum, §. si quis alicui, ff. de leg. 1. & est communis opinio, ut attestat Jaf. in d. §. si quis alicui, n. 9. Sunt enim beneficia principum (juxta vulgares regulas) latissime interpretanda, non tamen in hujusmodi feudo succedunt heredes extranei, quia hoc esset contra naturam feudorum, in quibus regulariter non succedunt extranei heredes, ut dixi infra q. 83. Et sic vides, quod hoc feudum ita simpliciter concessum perinde est, ac si concessum esset expresse pro se, & filiis suis masculinis tantum: & ad hoc allegatur gl. que tamen in lib. meo hoc non dicit in c. 1. quib. mod. feud. conf. por. ubi Bal. n. 4. refert gl. in x. expresse dicere, subdens, & tene menti in corde tuo, quia est notabile. Et illam gl. dicit esse communiter receptam Didac. lib. 2. resolut. c. 17. nu. 3. in fin. ubi etiam dicit, quod hoc videtur magis receptum apud eos, qui de feudis tractaverunt.

Et in hoc proposito nota, quod in feudis potest considerari duplex providentia, scilicet legis, & hominis. Providentia legis est, est feudum de sui natura non transeat ad descendentes, & ideo sine feudum sit concessum simpliciter (ut superius dixi) nulla facta mentione filiorum, neque heredum, sive concessum sit pro se, & heredibus: nihilominus tale feudum ex providentia legis non transit nisi ad descendentes masculos, non autem ad extraneos heredes. Providentia autem hominis est, quando ex tenore ipsius investiture vocantur expresse solummodo descendentes ipsius recipientis, puta, quando concessum est pro se & liberis, vel pro se, & filiis, vel hujusmodi. Et hoc proprie videtur feudum ex pacto, & providentia, quia & pactum, & providentia legis in hoc concurrunt, ut solum descendentes ipsius investiti, non autem heredes extranei in ipso feudo succedant.

7 Nunc proseguendo eandem materiam, quero, an feudum receptum pro se, & heredibus, dicatur hereditarium? Resp. si intelligas hereditarium simpliciter, & absolute, id est, quod transeat ad quoscunque heredes etiam extraneos, certum est, quod non est hereditarium, ut ex predictis apparet, & latius dixi infra in d. q. 83. sed si intelligas hereditarium, scilicet in quo non possit succedere, nisi qui sit heres; dico, quod est hereditarium. Et ita tenet Andr. de Ifern. in c. 1. §. hoc quoque de his qui feud. dare poss. & est communis regula, ut ait Dec. conf. 445. n. 8. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Campeg. inter conf. feud. Brun. conf. 111. n. 3. & seq. Brun. conf. 24. n. 1. Licet enim in materia feudali verbum, Hereditibus, intelligatur de descendentibus, & sic ratione subiecte materie trahatur ultra propriam significationem: retinet tamen adhuc suam propriam significationem, & sic includit utrumque, scilicet descendentes & heredes, alterum ex natura ipsius verbi, alterum ex natura rei, super qua pronunciat.

Sed quid si feudum acceptum sit pro se, & filijs, & heredibus ab eis legitime descendentibus? Resp. pariter dicendum est, quod ceteri debet hereditarium, & ita se habet magis communis opin. ut ait Paris. conf. 4. n. 27. lib. 1. Afflict. decis. 195. post nu. 7. subdens, quod ita pluries fuit iudicatum: & ideo in tali feudo filii, vel eorum descendentes non succedunt, nisi etiam sint heredes: & ista est communis opin. ut dicit Sigisun. conf. feud. 52. n. 55.

Item quero, quid si acceptum fuerit feudum pro se, & heredibus (i) masculis? Resp. aliqui tenuerunt, quod illa qualitas masculinitatis adjecta operatur, quod feudum ita receptum, non dicatur hereditarium, & fuit opin. Ruin. in sua q. incip. Quidam habebat duos filios, & ita tenent omnes, ut dicit Jaf. in l. Gallus, §. etiamsi parente, me. 22. ff. de liber. & posth. quem refert Rubens conf. 110. n. 5. in repet. l. Gallus §. quidam recte, col. 68. vers. Dubitatur igitur quino, & est communis opin. ut attestat Bello. consil. 43. n. 2.

Sed tu hic diligenter adverte, quia si dictum Rayner. intelligatur quod feudum ita receptum non sit hereditarium, quia scilicet non transeat ad omnes, qui jure hereditario succedunt, etiam in extraneos, sed solum in descendentes masculos, quod nullam prorsus habet difficultatem, quia etiam si non esset appositus illa qualitas masculinitatis, tamen ex natura feudi id erat expeditum, ut saepe dixi. Et dicit Socin. jun. consil. 188. n. 7. libro 2. quod est commune dictum, & non habet contradictorem. Et ita in hanc sententiam expresse illum refert Jaf. in loco praallegato, adeo quod ita intelligendo decit Rayn. que fundatur super illa dictione, masculis, erit inanis, & sine succo. Si vero intelligatur, quod illa qualitas masculinitatis operetur, quod feudum non sit hereditarium, quia scilicet descendentes masculi ad ipsum feudum admittantur, etiamsi non sint heredes; Ego credo illam decisionem Rayn. esse falsam, & contra eum esse magis communem opin. prout etiam attestat Rubens conf. 17. per totum consilium, Didac. libro 2. resolut. c. 18. ante n. 4. Certe passus est arduus: & aliquando cum causa penderet de facto, ab utraque requisitus, consulere recufavi.

ADDITIONES.

(a) Qualiter intelligatur aliquod feudum esse ex pacto, & providentia. ¶ Feudum esse ex pacto, & providentia vulgo dicitur, cum feudum alicui, pro se, & filiis suis, vel liberis? nulla heredum facta mentione, conceditur: feudum ¶ vero hereditarium appellatur, quando in investitura vocabulum heredis expresse usurpatur. Ita docent, & sentiunt, ultra Clarum nostrum, & alios per eum hic cumulat, Hartman. Pistoris libro 2. quest. num. jur. quest. 1. nu. 1. Arius Pinellus ad l. 1. parvo 3. num. 24. & sequenti. C. de bon. matern. Barthol. Camer. in cap. Imperiale, §. preterea ducatus, de prohib. feud. alienat. per Frieder. Schrader. in tractat. de feud. par. 3. num. 19. & seq. Borcholt. in comment. in consuetudines feud. cap. 3. divis. 4. Fachinus libro 7. controvers. jur. capite 3. Henricus a Rosenthal. in tractat. feud. cap. 2. conclus. 13. & ceteri complures ab his laudati. Verum huic definitioni, communi Doctorem calculo recepte, ac passim etiam in Curis usque comprobate, quid inspecta veritate juris defendendum sit, abunde, & accurate exponunt Dn. Collega Bocerus in tract. de qualis & differens feudor. c. 5. H. in tract. feud. c. 6. pag. 77. cum seq. & novissime Carolus a Kirchberg. in discursu de feudo ex pacto, & providentia, &c. c. 1. & seq. De eadem divisione videtur Andr. Knichen. lib. 1. de pact. investitur. c. 2. n. 13. HARR.

(b) Ex pacto, & providentia. ¶ Ad materiam hic nota, quod in feudo ex pacto, & providentia admittuntur filii agnati, tamen si haud sint heredes primi investiti,

investiti, vel ultimi defuncti: commune vide Roland. conf. 67. nu. 23. & in collecta mea comm. opi. in verbo feudum, nu. 50. Item nota, quod feudum ex pacto, & providentia pro se & liberis, quorum primi contrahentes semper voluerunt conservari, non potest vendi etiam cum consensu domini directi in præjudicium liberorum vocatorum. Commune vide ibidem num. seq. GIACH.

(c) Hereditarium. ¶ Adde communem, ut per Roland. a Valle post ab eo citatos in consil. 67. n. 9. & conf. 97. n. 39. vol. 1. & conf. 31. n. 17. vol. 2. GIACH.

(d) Concessum est pro se. ¶ Adde, quod etiam dicitur hereditarium, quando reperitur concessum simpliciter, nulla facta mentione heredum, commun. per Roland. conf. 3. num. 15. Item quando est concessum pro se, & filiis commun. per Roland. ibi, num. 17. item quando est concessum pro se, filiis, & heredibus, commun. per eundem ibi, n. 19. & de illis communibus sequitur, dicitur in eo collecta, mea nu. 23. cum multis repetitis & num. 27. cum multis aliis sequen. ubi etiam succedens volens debet esse heres, num. 40. Item in feudo hereditario concessio pro se, & heredibus, & successores, ut quis admittatur, requiritur, ut si heres primus investiti, vel ultimi defuncti, de cujus persona tractatur num. 41. quinimo non sufficit, quod sit heres sanguinis, nisi etiam sit hereditatis. Commune num. 42. item quod sit heres universalis, commune n. 43. GIACH.

(e) Ex pacto, & providentia. ¶ Item concessum cum dictione, masculis, nullo alio verbo apposto, facit, ut feudum dicatur ex pacto, & providentia, at secus quando adiunguntur illa verba, pro filiis masculis hereditibus, quia isto casu dicitur hereditarium, commune dixi ibi n. 47. sed quid quando datur alicui pro se, & suis hereditibus ex suo corpore legitime descendentibus, an dicatur hereditarium, vel ex pacto, & providentia? commune utrumque vide ibi, nu. 48. 49. Feudum vero concessum pro se, & liberis, quod dicitur ex pacto, & providentia, commune vide per Nat. in consil. 681. ante nu. 2. ubi pro & contra, & dixi in d. collecta, mea nu. 45. GIACH.

(f) Feudum non est neque simpliciter hereditarium, nec simpliciter ex pacto, &c. ¶ Est ¶ communiter Doctores (quos refert & sequitur hic Clarus nolter) duobus probris laudorum generibus tertium addunt, mixtum videlicet, quod habent ex pacto, & providentia: ita ut concessum sit vasallo pro se, & filiis, vel liberis hereditibus: tamen hujusmodi feudum nihil participare de feudo hereditario, sed mere, & absolute feudum esse ex pacto, & providentia, interpede affirmat probatque D. Bocerus d. cap. 19. & Clarus a Kirchberg, de discussu de feudo ex pacto, &c. cap. 2. nu. 3. & seq. HARR.

(g) Desuncti. ¶ De ita communi dixi plenius ubi sup. nu. 41. cum duob. seq. GIACH.

(h) Mentione. ¶ Ubi vero esset concessum pro se, & heredibus, & quibus dederit, tunc transeat etiam ad extraneos, commune Roland. in consil. 55. nu. 16. vol. 3. quod etiam dixi in d. collecta, mea verb. feudum, n. 43. & filius n. 52. GIACH.

Quando feudum est concessum simpliciter alicui, nulla facta mentione filiorum, neque heredum. ¶ Quamvis ¶ plerique Interpretes censuerunt, in dubio feudum præsumendum esse hereditarium Bald. in l. liberii, 10. n. 37. vers. quero de eo, C. de operis libertor. Curtjum. in l. fin. n. 83. C. de edict. d. Adv. tollent. Carr. conf. 2. n. 18. & conf. 3. n. 9. item consil. 311. n. 5. vol. 1. Alexan. conf. 18. nu. 3. Socin. sen. conf. 257. vol. 2. Nevezan. conf. 9. nu. 8. Brunus conf. 18. nu. 4. Ruin. conf. 15. n. 5. Gozauin. conf. 4. n. 11. Alciat. respon. 160. n. 8. Narra conf. 501. n. 20. Cephal. consil. 152. n. 55. vol. 2. & Gail. lib. 2. observ. 154. nu. 8. verior tamen, & in praxi receptor est contraria sententia exillimantium, feudum in dubio potius præsumi esse ex pacto, & providentia. Atque hanc, ultra Clarum nostrum hoc loco, tenent assertionem Andreas de Hernia in ca. 1. §. sed quia, & ibid. Alvarot. de his qui feud. dar. poss. Afflict. in ca. 1. nu. 62. in quib. caus. feud. amittit. Camer. in c. 1. quest. 21. ad agnat. vel p. Menoch. lib. 3. de præsumptionibus, præsumpt. 54. Borholt. d. Commentar. in consuetud. feud. c. 4. nu. 19. Sigisun. Loffred. conf. 1. n. 99. n. 10. Thomas de Martin. tit. 1. nu. 54. D. Bocerus d. tractat. de qualis & d. ff. feud. c. 5. n. 16. Schmezer. in tract. feud. parte 2. capite 3. num. 31. Myrdinger. cent. 4. passio, & c. cap. 4. numero 177. cum seqq. de feud. ex pacto, &c. cap. 4. numero 177. cum seqq.

Vultejus libro 1. de feud. cap. 2. nu. 72. vers. valuerunt igitur, &c. Hartman. Pistor d. libro 2. q. 1. nu. 75. cum seqq. Rudinger. libro 1. variat. lecti. jur. feud. d. c. 28. Niell. disput. feud. 1. tit. 10. & Petrus d. disput. feud. 1. th. 66. Atque hæc sententia non debilius nititur fundamentis. Primo ¶ enim in omni dispositione, etiam feudali, præsumendum est in dubio id, quod est propria rei natura, non quod ab ea recedit, tit. 1. §. hoc autem ¶ in fin. lib. 1. feudor. tit. 2. §. præterea ¶ in d. 2. F. l. si prius, 17. ff. de aqua. pluvia arcend. Sed ¶ feudum ex pacto, & providentia est feudum proprium, ac propriam feudi naturam retinet: quoniam omnino non feudum hoc proprium est, quod non hereditario, sed potius sanguinis iure transeat in successores, ut latius ostendit Pistor d. quest. 1. nu. 1. & 15. Deinde pacta, ¶ cum facti sint, non præsumuntur, tit. item ff. valsalis n. libro 1. F. & tit. 2. §. præterea si aliquis, 2. libro 2. F. Atque feudum hereditarium non constituitur, nisi expresse investituræ pacto id actum fuerit, per text. in c. 1. ibi, si quis ea lege de feudi. non habente propr. feud. natur. tit. 48. libro 2. F. Ergo ¶ in dubio non præsumitur feudum hereditarium. Ad hæc ¶ contrahentes in dubio censentur se conformare voluisse dispositioni juris communis, per cap. cum dilectus 2. extr. de constitutid. l. heredes mei, 57. §. 1. ff. ad St. Trebellian. l. quoniam datus auctoritate feudum est ejus natura, ut ad descendentes masculos tantum, sine ulla qualitate hereditaria, pertineat, per text. in cap. 1. §. fin. quib. caus. feud. amittit. tit. 23. & in cap. 1. de natura success. feud. tit. 50. junctio verum in d. c. 1. de feud. non habent. propr. feud. natur. tit. 48. libro 2. F. Præterea ¶ in dubio magis faveat sanguini, l. 1. §. largius 12. de successor. testid. quam causæ extraneæ: cujus potior esset ratio, si feudum esset hereditarium, & in eo succederetur, ut in re alioctial. Extraneus enim hæres institutus præterterat agnato a vasallo præterito. Jam ¶ vero in dubio favorabilior sententia recipienda, arg. l. cum quidam 19. in fine, ff. de liber. & posth. hered. Infit. l. Titia 38. §. fin. ff. de auro, & ar. legat. Non itaque feudum id dubio præsumendum est hereditarium, sed ex pacto, & providentia.

Nec ¶ refragatur huic conclusioni, quod in dubio quilibet sibi, & heredibus suis præcipere credatur, l. si passus 9. ff. de prohibitionibus & tit. 18. libro 2. F. Nam id primo accipi debet, si natura negotii, de quo agitur, non repugnet Menoch. d. libro 3. præsum. 93. nu. 4. D. Bocerus d. c. 5. nu. 37. Dein istud axioma intelligi poterit iusta materiam libris hæredibus feudalibus, id est, sanguinis: ita quod acquirens non sibi tantum, sed etiam successores suos feudalibus: feudum acquirere voluerit. Rudinger. d. c. 28. n. 7. Carol. a Kirchberg. d. c. 4. n. 179. HARR.

(i) Hereditibus masculis. ¶ Vide supra ead. quest. Insuper pulchra questio, quid si receptum sit feudum pro se, & filiis suis natiuitatis legitimis, & ex secto ventre matris editus est filius, an succedat in illo feudo? vide per Jac. de S. Georg. in l. fin. n. 6. C. de posth. hered. in fit. GIACH.

QUESTIO X.

SUMMARIA.

EX CLARO.

1 Feuda Regalia, vel dignitatum, que dicantur.

Ex Additionibus.

- 1 Regale feudum quid.
2 Feudum non regale quid.
3 Alia regalia, & non regalia feudi definitio.
4 Feudum regale, & non regale a quo conferantur.

Quero, que (a) dicantur feuda regalia vel feuda (b) dignitatum? Resp. quod ad hoc, ut aliquod feudum dicatur regale, vel dignitatum, duo requiruntur. Primum, quod in feudo concedatur Regnum, seu dignitas, puta, Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus. Secundum, quod concedatur ab Imperatore, aut Rege, vel supremo Prin-

Principe. Ita declarant communiter Scribentes, ut dicit Curt. jun. de feud. in 1. part. quæst. 8. col. 1.

ADDITIONES.

- (a) Quo dicantur feuda regalia. Regale feudum ex Schneidev. de feud. part. 1. nu. 30. vulgo nominatur, quod dignitatem aliquam regalem annexam habet: non regale quod omnis dignitatis est expert. Laudens. in cap. 1. nu. 30. de his, qui feud. dar. poss. Jacob. de S. Georg. de feud. super verb. in feudum, numero 5. Rainaud. in compend. feud. num. 21. Bald. Jacob. Alvarot. Propos. & Jas. in pratud. feud. 1. divis. Joan. Ferrar. in tractat. de feud. lib. 1. cap. 6. d. 3. Petrus Rebuff. in arbor. feud. divis. 3. Ludolphus Schraderus in tractat. feud. parte secunda cap. 3. numero 3. cum seqq. Borchol. in Comment. in consuetud. feudor. c. 4. nu. 21. Rectius regale feudum dicitur, quod si feudum nobile supremi Principis auctoritate concessum, cum dignitate regali: cuiusmodi dignitas est Regnum, Electoratus, Archiducatus, Ducatus, Landgraviatus, Marchionatus, Principatus, Comitatus, Burgaviatus, & Baronatus, n. 10. lib. 2. f.

Non regale dicitur, quod sit feudum nobile, auctoritate summi Principis concessum, cum dignitate, que regali sit inferior. Auctoritate, inquam, Principis summi: quia non solum non regale feudum conferri potest ipso facto etiam ab alio, quam Principe: quod tamen factum ratione juris fingitur esse factum ipsius Principis, ut si jus intueamur, & originem rei, omne feudum nobile, sive regale sit, sive non regale, a summo Principe, & non ab alio conferri censetur: si factum, etiam ab alio, quam à Principe: cum Princeps id faciat, vel per se ipsum, vel per alium. Ita eleganter docet D. Vultejus lib. 1. de feud. cap. 8. n. 10. & Dn. Obrecht. disp. feud. 2. th. 49. cum seqq. adversus D. Bocerum aliter sententem in tract. de qualit. & different. feudor. c. 3. nu. 18. & seqq. HARR.

(b) Dignitatum. Hic nota, quod feuda dignitatum, de quibus per Auctorem, sunt individua. Iam regulam referuntur. Auct. reg. 316. in Italia tamen per generalem consuetudinem dividuntur, & in illis omnes pariter succedunt, neque habet locum primogenitura, commune dixi in collect. mea commun. opin. verb. Feudum, n. 96. Item quod in feudis habentibus dignitatem permixta sit divisio, etiam ex quo jurisdictionis exercitium potest dividi. Commune dixi, & ubi supra n. 100. vide n. 67. cum duob. seqq. GIACH.

QUÆSTIO XI.

SUMMARIÆ.

EX CLARO.

- 1 Feudum ligium quod dicitur.
- 2 Et an possit quis esse homo ligius duorum dominorum.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Feudum ligium unde, & quid.
- 2 Non ligium quod dicitur.
- 3 Num in investitura nominatim exprimi necesse sit, ut feudum sit ligium.
- 4 An quis possit esse homo ligius duorum dominorum.
- 5 Nemo duobus dominis contrariis ex asse servare potest.

Quæro, quod dicitur feudum ligium? Resp. quod feudum (a) ligium est, in quo tria concurrunt. Primum, quod (b) in investitura expresse dicitur, quod sit ligium. Secundum, quod vassallus subijciat principaliter potestati domini personam suam, & consequenter omnia bona sua, etiam non feudalia. Tertium, quod juret illi fidelitatem, nulla alterius fidelitate reservata. Et ita est communis

opin. ut dicit Curt. jun. de feud. in 1. part. q. 8. vers. quinto sub hac.

Hinc inferitur, quod non potest aliquis esse homo ligius (c) duorum dominorum, ut (d) dicit gl. in Clem. pastoralis, §. denique in verbo, Homo ligius, de re judic. quæ in hoc communiter approbatur, ut dicit Jac. de homag. n. 6.

ADDITIONES.

(a) Feudum ligium. Item feudum ligium est illud, quod ab Imperatore est concessum prestita fidelitate absolute, & nullius alterius fidelitate concessa, per Alex. in cons. 32. n. 3. lib. 1. & Jac. in suis quæst. feud. lib. n. 4. GIACH.

(b) Feudum ligium est. Feudum ligium (a) ligando sic dicitur, & per excellentiam, quod videlicet sub archidimo fidei nexu constringitur, & definitur, in quo juratur fidelitas contra homines, nullo penitus anteposito, aut excepto. Non si ligium vocatur, quando vassallus jurat fidelitatem domino, alio anteposito, seu excepto. Ita divisionis hujus fundamentum extat in tit. 52. §. satis, ubi fidelitatem nullo anteposito, lib. 2. f. & in extraordinar. cap. tit. 99. lib. 2. f. item in Clement. Pastoralis, §. rursus, de sent. & re judic. De eadem divisione videtur Jo. Borchol. in Comment. in consuetud. feudor. c. 4. nu. 22. Henric. à Rosenthal. in tract. feud. c. 2. concl. 3. D. Bocer. in tract. de qualit. & different. feudor. c. 5. num. 67. & seqq. Vultejus lib. 1. de feud. c. 8. n. 20. Obrecht. de feud. disp. 2. th. 194. & aliorum seqq. Guer. Pifo Socicus in pratud. feud. c. 43. Duaren. in Comment. feud. c. 4. Forcatus de feud. c. 3. Schneidev. part. 1. de feud. n. 42. Schrader. in tract. feud. par. 2. c. 4. n. 1. & seqq. alique per hos citati. HARR.

(c) Quod in investitura expresse dicitur, quod sit ligium. Feudum non aliter ligium dici posse, nisi expresse, atque nominatim in investitura cautum sit, ut feudum ligium censeatur, præter Clarum nostrum, existimant, Bal. in c. inter dilectos, 6. col. 6. extr. de fide instrumet. Jas. in pratud. feud. n. 108. Curt. jun. in tract. feud. part. 1. q. 8. nu. 22. Jo. Ferrar. in tract. feud. lib. 1. c. 6. divis. 6. Schneidev. d. par. 1. de feud. n. 45. & Andr. Gail. in tract. de arrestis Imperii, c. 6. nu. 30. Verum cum ex ipso tenore investiture, seu ex forma fidelitatis satis appareat, annc feudum ligium vel non ligium sit: cum iure vassallus fidelitatem contra omnes homines, nullo anteposito: non opus esse videtur ulla certa expressione, per notata Nevizani conf. 13. nu. 9. Tiraqui. de retrad. municip. §. 32. gloss. unic. n. 25. in fin. Schrader. in tract. feud. part. 2. c. 4. n. 3. Vultejus d. lib. 1. c. 8. nu. 22. Obrecht. d. disp. 2. th. 218. Bocer. d. c. 5. n. 72. & Henrici à Rosenthal. d. tract. feud. c. 2. concl. 3. n. 8. HARR.

(d) Homo ligius. Hic scias, quod appellatur homo ligius quasi ligatus, Jac. in suis dicitis quæst. n. 5. qui nu. seq. dicit, quod feudum non ligium appellatur, quando præstatur fidelitas simpliciter, vel quando excipitur in fidelitate alius dominus. GIACH.

Quod non potest aliquis esse homo ligius duorum dominorum. Quod si in feudo ligio unus non possit duorum esse homo ligius evidens ratio suadet: quia si nemo duobus dominis contrariis, sed uni tantum ex asse servare potest. Matthai cap. 6. vers. 24. l. f. certo, §. si duobus, ff. commodat. quia, inquam, pugnantia sunt: hominem ligium esse duorum: cum in feudo ligio nullus excipitur, Dn. Obrecht. disp. 2. th. 210. Paul. Berens disp. 1. feud. th. 44. HARR.

(e) Ut dicit gloss. Adde Spec. tit. de feud. §. quoniam super homagis, vers. 10. queratur, & Bald. in pratud. feud. in 6. divis. in ff. quod fecus est in homine non ligio, qui duobus homagium facere potest, c. gradui, ibi, vel cuiusque alteri persone, de sep. nec. præf. lib. 6. vers. feudo ligio, vide Guilhelm. Bened. in cap. Rayn. vers. mortuo itaque testatore, 2. de testam. & in vers. & uxorem nomine Adolapham in 3. decis. GOVEAN.

QUÆS-

consanguineis suis, rem infundari solitam, in feudum concedere queam, remissive.

Quæro, nunquid Prælati (a) possit in feudum concedere bona Ecclesiæ? Resp. quod non, nisi essent res solite (b) infundari. Nam illas utique posset Prælati postquam essent ad ipsam Ecclesiam revertæ, aliis in feudum concedere. Ita colligitur ex tex. in c. 1. de his qui feudum dare possunt.

Sed quæro, nunquid hæc conclusio locum habeat etiam in feudo decimarum, quod solitum sit laicis infundari, ut scilicet, si ad ecclesiam revertatur, possit Prælati illud alteri laico in feudum concedere? Resp. quod sic: & ad hoc allegatur gloss. in cap. prohibemus, in verbo, Laicos, de decimis, quæ tamen hoc non dicit. Sed hæc opin. clarus tenuit Flor. quem refert Imol. in c. ex parte post nu. 30. de feud. subdens, quod hæc opin. communiter servari videtur. Et post eum ita dicit communiter teneri, & observari in prædica Jas. consil. 155. in fin. lib. 2. & in d. c. 1. num. 13. de his qui feud. dare poss. Illum etiam refert Curt. jun. de feud. in 2. parte princ. q. 8. Dec. consil. 131. paulo ante fin. Licet enim regulariter decime apud laicos esse non possint: tamen ex quo erant solite laicis infundari, præsumitur eas licite apud ipsos laicos fuisse, & consequenter etiam aliis laicis concedi posse.

Sed nunquid poterit Prælati infundare, non solum feuda, quæ tempore sue prælature aperuntur, sed etiam ea, quæ tempore prædecessoris sui aperta fuerunt? Resp. gloss. in d. c. 1. in princ. in verbo, Feudum dare, tenuit quod non: sed illa gl. in hoc communiter reprobat, ut dicit Guido Papæ decis. 154. post num. 2. Bene verum est, quod si aperiatur feudum tempore unius Prælati, & ille Prælati tale feudum apertum, & solitum infundari non infundat, sed recipiat fructus, & debeat, si deinde successores suos reperiat illud feudum inter bona mensæ, non poterit illud inconsulto Romano Pontifice infundare, si tenuerit per annum inter bona mensæ sue, & non infundaverit. Ita sentiunt omnes, ut dicit Guido Papæ in d. decis. 154. post n. 3. vers. Sed si dicit, & secundum hæc conclusionem in facti contingentia judicavit Parlamentum Delphinale, ut in eadem decis. in princ.

Nunc pro intelligentia quæro, quomodo dicatur res Ecclesiæ solita infundari? Aliqui dicunt, quod dicitur solita infundari, quando reperuntur due infundationes illo modo factæ, simul cum cursu quadraginta annorum: & fuit opin. Jacobi de Belvis, in d. c. 1. de his qui feud. dare poss. quam dicit esse communem Jas. consil. 155. col. pen. vers. Non obstat secundum, lib. 2. ubi etiam col. 2. vers. Quarto facit, dicit, quod hæc conclusio non discrepat. Multi etiam dicunt sufficere, quod præcesserit una tantum infundatio solemniter facta sine aliquo temporis cursu, vel pluralitate actuum. Et hæc opin. dicit communem Curt. jun. de feud. in 1. parte 2. partis princ. q. 4. Ruin. consil. 3. nu. 30. lib. 1. Sed hæc opin. non transit sine difficultate, ideo prima est tenenda, tanquam tutior, & quæ minus favet alienationi rerum Ecclesiasticarum. Ad hoc autem, ut dicitur non solita amplius infundari, requiritur, vel quod expresse Prælati eam describi faciat inter bona mensæ Ecclesiæ, vel quod per multum tempus collegerit fructus ipsius rei solite infundari, prout solitus est facere de aliis rebus incorporatis. Et hæc opin. quod scilicet requiritur hujusmodi declaratio expressa, vel tacita, dicunt magis esse communem quidam moderni, quos refert Curt. jun. in d. 1. parte 2. partis princ. quæst. 5.

Ulte-

QUÆSTIO XII.

SUMMARIÆ.

EX CLARO.

- 1 Feudum francum quod dicitur.
- 2 Et Additionibus.
- 1 Feudum francum quod dicitur.
- 2 Feudum francum quantum ad servitium, non tamen à fidelitate est liberum.

Quæro, quod dicitur feudum francum? Respond. quod (a) feudum francum dicitur, in quo duo concurrunt. Primum, quod in investitura expresse dicitur, quod sit francum. Secundum, quod investitus non teneatur, nisi ad servitia, quæ sunt expressa in investitura: & ista est communis mens Doctorum, ut dicit Curt. jun. de feud. in prima parte, quæst. 8. vers. Secunda principalis.

ADDITIONES.

(a) Feudum francum. Et secundum Jacob. ubi supra nu. 2. appellatur francum, quando pro illo feudum non est prestanda aliqua fidelitas: item quando proprietates est infundata. Nam ex pacto bene potest dominum concedi feudatario, nedum utile, sed etiam directum: & tunc appellatur feudum francum, & ibi retulit Bal. atque Jo. Monac. titul. dicentes. GIACH.

Feudum francum. Feudum francum appellatur, quod ita datum est vassallo, ut ab omnibus servitiis immune sit, & liberum. Francum enim Gallico idiomate liberum dicitur. Sonebec. in Comment. ad usus feudor. parte 3. num. 25. Borchol. in Commentar. in consuetud. feud. cap. 4. numero 20. Z. in Epit. feud. parte 2. cap. 4. numero 6. Vult. libro 1. de feud. c. 8. numero 50. Schneidev. de feud. parte 1. n. 53. Licet autem hoc feudum servitiorum sit expert: non tamen à fidelitate liberum censetur. Quia servitia non sunt pars aliqua feudi substantialis, sicut ipsa est fidelitas. Proinde à servitiis ad rem ipsam consequentia nequam procedit. Sed ea de re vide latius differentes Schneidevium dicto loco, Paulum Berens, disput. 1. feud. thes. 75. & 76. Schrader. d. parte 2. cap. 4. n. 7. & seq. necnon D. Bocerum in tract. de investitura feud. c. 4. nu. 14. HARR.

QUÆSTIO XIII.

SUMMARIÆ.

EX CLARO.

- 1 Prælati an possit concedere in feudum bona Ecclesiæ.
- 2 Et quid in feudo decimarum.
- 3 Et quid in feudis apertis tempore prædecessoris sui.
- 4 Et quomodo dicatur res ecclesiæ solita, vel non solita infundari.
- 5 Et an possit Prælati infundare tales res etiam consanguineis suis.
- 6 Et an in tali infundatione intervenire debeam solemnitates requisite in alienatione Ecclesiæ.
- 7 Et an possit Prælati eo casu alterare, aut mutare consuetudinem, secundum quam tales res solite erant in feudis concedi.
- 8 Et an si illam alteret, infundatio vitietur.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 An, & quatenus Prælati res Ecclesiasticas in feudum dare possit, remissive.
- 2 An, & quatenus Ecclesiæ Prælati, ut extraneis, sic &

5 Uterius quæro, nunquid possit Prælatus hujusmodi res, postquam ad ecclesiam reversæ sunt, in feudum non solum extraneis, sed etiam consanguineis (c) & affinibus suis? Resp. quod sic, dummodo talis inféudatio non sit multum onerosa ecclesie, vel alias suspecta. Ita tenet Bal. in d. c. 1. n. 9. & est communis sententia, ut ait Curt. jun. in 2. parte 2. partis principalis q. 7. quem refert Rip. de peste in c. 2. de remediis presero. n. 170. Jaf. in d. c. 1. post n. 19. de his qui feud. dare poss. Zaf. de feud. in 5. par. vers. Quarta conclusio. Et ita de consuetudine observari videtur, quia hodie potius agnatis, quam aliis beneficia à Prælatis conceduntur, ut dicit gl. in c. 1. in princ. in verbo, in clericorum, si de investitura inter domin. & vasall. &c. Quæ quidem consuetudo non est prosum improbanda, modo isti agnati, seu affines alias sint prohi. & idonei. Sed caveant Prælati, ne dum proximos suos immerito bonis ecclesiasticis ditare contendant, ipsi eorum, & suas animas illaqueent in æternam damnationem.

6 Item quæro, an in tali revocatione inféudationis intervenire debeant illæ debite solemnitates (d) quæ in rei ecclesiastica alienatione requiruntur? Resp. quod non. Ita tenet Bart. in Auth. qui rem, nu. 4. c. de SS. Eccles. Abb. in c. ut super, n. 11. de reb. eccl. non alien. & est communis sententia, ut dicit Curt. jun. de feud. in 1. parte 2. partis princ. q. 1. Et quod possit Prælatus solus, & sine consensu capituli hujusmodi res solitas inféudari aliis in feudum concedere, dicit esse communem conclusionem Doctorum Socin. conf. 102. n. 23. lib. 1. Claud. in d. c. 1. de his qui feud. dare poss. Et ita etiam communiter de consuetudine tenent attestatur Zaf. de feud. in 5. parte, vers. Secunda conclusio. Et in hoc modica est inter Doct. controversia.

7 Scias tamen, quod sicut Prælatus non potest inféudare res ecclesiæ non solitas in feudum concedi; ita etiam in tali renouatione inféudationis non potest alterare (e), aut mutare consuetudinem, secundum quam erant solitæ concedi. Ita dicit Bar. in d. Auth. qui rem. n. 8. & est communis conclusio, ut dicit Alex. conf. 9. n. 2. lib. 3.

8 Sed quid si alteret, aut mutet ipsam consuetudinem, nunquid inféudatio vitabitur? Resp. quod quatenus in hac renouatione excessit formam consuetam, proculdubio vitatur, & in hoc nemo discrepat. Et hanc conclusionem dicit esse communem Curt. jun. in d. 1. parte 2. partis, in 6. q. col. 1. & 2. quatenus autem solite sunt concedi, sustinetur. Et ita dicit esse veram, & communem sententiam Curt. jun. in d. 6. q. col. pen. Tu vide, quæ dixi supra §. emphyteusis q. 6. vers. Scias tamen.

ADDITIONES.

[a] Prælatus.] Adde hic, quod Prælatus habens administrationem bonorum ecclesiæ habet potestatem locandi res ecclesiæ sine auctoritate superioris, dummodo locatio non fiat ad longum tempus, & tendat in utilitatem ecclesiæ: & potest hoc casu ecclesiam obligare. Commune dixi in collect. mea commun. opin. in verb. Prælatus, n. 1. 2. & 3. GIACH.

Prælatus.] In hac q. Doct. varie loquuti sunt, crebrior tamen opin. est & verior, quod Prælatus rem antiquitus inféudari solitam possit inféudare non solum extraneis, sed etiam consanguineis suis, & affinibus, Bald. l. 1. q. 25. ff. de ver. divisi. Alvar. in c. 1. si de invest. inter dom. & vasall. in c. 1. de in-
 Nunquid Prælatus possit in feudum concedere bona Ecclesiæ.] An t & quatenus Prælatus res Ecclesiasticas in feudum concedere possit, post veteres Interpretes, & Clarum nostrum, latissime explicant Schraderus in tract. feud. par. 4. cap. 2. n. 8. cum seqq. Henricus à Rosenthal. in tract. totius juris feud. c. 4. concl. 18. & alioquot seqq. D. Collega Bocerius class. 5. disp. 14. th. 7. & seqq. edit. 2. item in tract. de investitura feud.,

c. 3. n. 55. Hucque referri poterunt, quæ annotavi supra in §. emphyt. quest. 6. HARP.

(b) Solita inféudari.] Ad idem, quod Prælatus possit inféudare bona ecclesiæ solita inféudari, habetur per Crav. in conf. 54. col. 1. Quando vero res non esset solita inféudari, adverte quod solemnitas Ecclesiastica requiritur in inféudatione nova, & perpetua concessione in emphyteusim c. nulli, de reb. eccl. non alienan. c. 1. de feud. cum aliis tene menti in mater. conf. 78. num. 3. vol. 1. unum tene menti in materia, quod solus Prælatus Ecclesiæ propter beneficentia recipientis potest alienare naturam feudum in emphyteusim, concedendo in feminas, vel in alias generationes non permissas, facta tamen mentione beneficentiarum, & meritis probatis, per Marin. Anguis. in conf. 46. sub nu. 11. Imo potest alienare ex causa remunerationis per Rol. in conf. 18. n. 64. lib. 2. quem vide n. 67. GIACH.

[c] Consanguineis.] Adde, quod Bald. in l. 1. ff. de rerum divis. ex mente Jacob. de Belsiv. idem dicit, quando feudum est antiquum, quia non est suspicio, quod feudum detestoretur. Imo Prælatus illos de sui sanguine tenetur præferre aliis: fecus, si inféudario, vel datio in emphyteusim fieret de novo, per Jacob. in suis quest. feud. lib. q. 27. GIACH.

Non solum extraneis, sed etiam consanguineis.] An t & quatenus Ecclesiæ Prælatus, ut extraneis, sic & consanguineis suis, rem inféudari solitam & Ecclesiæ apertam, in feudum largiri possit, præter Clarum nostrum, & ab eo hic allegatos, declarat Jacobus Menochius de præsumptionibus libro 3. præsumpt. 54. Fachinus lib. 7. controvers. jur. cap. 31. Myrding. cent. 5. obser. 47. Rosenthal. d. c. 4. concl. 23. & D. Bocer. d. disp. 14. th. 10. & d. tract. de investitura feud. c. 3. n. 56. & seq. Deque eadem questione videantur, quæ allata sunt supra in diff. §. emphyteusis, q. 6. n. 18. & seqq. HARP.

[d] Solemnitates.] At si non sint solite inféudari, tunc requiruntur, ut dixi supra sub Apostill. signata lit. B. ibi vide. GIACH.

[e] Alterare.] Adverte, quod potest alterare propter beneficentia recipientis, ut dixi supra. Adde nunc duas alias limitationes, de quibus per Apostill. ad Alexan. eod. conf. 9. in 1. Apostill. quas ibi vide per te: eas non transcribo. GIACH.

QUESTIO XIV.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Dominus an possit investire aliquem de feudo nondum aperto.
- Ex Additionibus.
- 1 An, & quatenus dominus aliquem de feudo nondum aperto investire valeat, remissivo.
- 2 Num in feudis spes conditionalis investitura ad hæredes transeat.

Quæro, an dominus possit investire aliquem de feudo nondum (a) aperto, scilicet, quod adhuc per alium vasallum legitime investituram possidet? Resp. quod sic, dummodo investitura sit concepta sub conditione, puta, si ille vasallus sine descendentibus aut agnatis ad feudum ipsum vocatis decesserit: vel in tempus, puta, quando ipsum feudum ad dominum jure medio devolvatur. Et ita concludunt communiter Doct. ut dicit Claud. in l. si. n. 13. C. de pact. Sed si investitura esset concepta pure, esset penitus nulla, adeo quod etiam postea eveniat casus, quod tenens feudum moriatur sine hærede, non tamen potest aliquem effectum sortiri. Ita probat in cap. 1. hic potest esse titulus, qui successores tenent, & est communis opin. ut dicit Alvar. in eod. c. 1. post numer. 1. vers. In tex. ibi. Debent tamen Imperatores & Principes abstinere ab hujus-

Lib. IV. §. Feudum, Quæst. XVI.

hujusmodi investituris concedendis, ne inducant votum captandæ mortis, ut audivi contigisse nostris temporibus in quodam Marchione ex primitivibus Italiæ, cujus nomen tacetur.

ADDITIONES.

(a) Nondum aperto.] De feudo autem nondum aperto, ac jam devoluto ob extinctam lineam comprehensorum, potest propter amorem patrii in filium illud transferre, commune vide per Rol. in conf. 41. nu. 21. vol. 2. & dixi etiam in collect. mea commun. opin. verè dominus, nu. 6. GIACH.

An dominus possit investire aliquem de feudo nondum aperto.] An t & quatenus dominus aliquem de feudo nondum sibi aperto investire valeat, post veteres, & Clarum nostrum, abunde exponunt Borcholt. in Comment. in consuetud. feud. c. 7. numero 18. & seq. Schraderus in tractat. feud. par. 3. cap. 2. numero 17. & seqq. Vultejus libro 1. de feud. capite 5. numero 17. & capite 7. numero 46. & 48. Nicol. Mozz. tit. de jus. feud. numero 55. eoque refertens Henricus à Rosenthal. in tractat. juris feud. c. 4. concl. 9. item D. Bocerius in tract. de investitura feud. c. 5. numero 13. & seqq. & Rudinger. libro 1. variar. lectio. juris feud. cap. 11. & illud hic addendum est: quod t in feudis spes conditionalis investituræ in hæredes active, & passive transmittitur, c. 1. qui successores tenent. tit. 2. libro 1. F. §. suo conditionis, 4. ver. ex conditionalis. Infitat. de verb. oblig. Idque explanatius persequitur Rudinger. d. libro 1. c. 12. HARP.

QUESTIO XV.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Feudum rectum an possit constitui sine investitura.
- Ex Additionibus.
- 1 Feudum rectum, sive proprium quid.
- 2 Feudum non rectum sive improprium, & degenerans quid.
- 3 Feudum rectum sine investitura constitui non potest.

Quæro, nunquid feudum rectum (a) possit constitui (b) sine investitura, ita ut habeat propriam naturam feudum, & sit transitorium ad hæredes? Respond. in usibus feudorum sunt text. in hac materia, qui inter se pugnant videntur. Nam in c. 1. quibus mod. feud. constitui possit, expresse dicitur non posse feudum sine investitura constitui, etiam si quis domino jubente alicujus rei tanquam feudalis possessionem nanciscatur. Contrarium autem decidi videtur in cap. 1. de consuet. recti feudi, ubi dicitur, paria esse, quod concedatur investitura, vel quod domino jubente quis possessionem feudi nactus sit. Tu dic secundum Alvarottum, quod illi text. ita possunt ad concordiam recte reduci. Aut talis visus est factus coram paribus curiæ, & tunc habet vim investituræ, prout expresse loquitur text. in d. c. 1. de consuetudine recti feudi. Aut sit absente curia, & nihil operatur. Et ita procedit text. in d. c. 1. quib. mod. feud. consti. potest. Et hæc concordia communiter tenetur, ut ait Zaf. de feud. in 6. parte, col. 1. vers. Nec te lateat.

ADDITIONES.

(a) Feudum rectum.] Hic scias, quod feuda recta conceduntur ex gratia, & non per pecuniam, secundum Jun. & Jaf. citatos per Kolan. in conf. 23. n. 6. vol. 1. GIACH.

(b) Feudum rectum.] Feudum rectum t sive proprium est, quod communi, ac regulari jure feudali censetur, & in nulla parte à regulis juris feudalis recedit: sed is simpliciter innititur. tit. 2. §. fin. ibi, proprio jure feudi censetur, libro 1. F. Feudum t non rectum, sive improprium, & degenerans dicitur, quod à communi, Clar. Sentent. Pract. Civil. Tom. 1.

ni, ac regulari feudi jure recedit, d. titulo 1. §. fin. ibi, non jure feudi dicitur, libro 1. F. tit. 2. §. fin. ibi, præter communem feudi rationem: item ibi, contra feudi consuetudinem, libro 2. F. & tit. 48. libro 2. F. De qua divisione consulantur, post veteres, Ludolphus Schraderus in tractat. feud. par. 2. capite 3. n. 1. & 2. Vultejus libro 1. de feud. capite 8. n. 37. Rosenthal. in tract. juris feud. ca. 2. concl. 52. Guerrin. Pifo Soac. de feud. capite 4. n. 1. Sonsbecc. in Comment. in usus feud. part. 4. Borcholt. in Comment. in consuetud. feud. capite 4. n. 25. Duaren. de feud. ca. 4. n. 1. Schneidev. par. 1. de feud. n. 11. Joan. Henric. Linck. in tractat. feud. part. 1. n. 10. & Paulus Berens disp. feud. 1. th. 70. & seqq. HARP.

(c) Possit constitui sine investitura.] Quod t sine investitura, que signum est feudi necessarium, feudum nullo modo constitui possit, indicat Rolandus à Valle consilio 50. n. 9. vol. 3. conf. 1. n. 9. & 49. item conf. 90. n. 24. vol. 4. eumque refertens Borcholt. lib. 1. Commentar. in consuetud. feud. cap. 7. n. 2. & D. Obrechtus disp. feud. 8. th. 1. & 2. HARP.

QUESTIO XVI.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Feudum an possit acquiri mediante pretio.
- 2 Et an tale feudum dicatur proprie feudum.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Num feudum emptum sit proprium, an improprium.
- 2 Cui non competat definitio, et nec definitum competat.
- 3 Beneficium ex mera benevolentia proficitur.
- 4 Feudum non sub prætextu pecunie, sed amore, & honore domini acquirendum.

Quæro, an feudum possit acquiri mediante (a) pretio? Resp. gloss. in c. 1. de benef. frater. in gl. 1. tenuit quod à domino non possit feudum concedi mediante pecunia. Contraria tamen opin. scilicet, quod feuda possint emi, obtinuit, ut dicit Zaf. de feud. in 12. parte vers. 3. conclusio, subdens, quod eam Doct. plerique omnes sequuntur. Et quod hæc opin. potissima consuetudine recipiatur, dicit etiam Bald. in cap. 1. §. ex eadem lege, n. 2. d. l. Corra. quod ita est per consuetudinem usurpatum, & quod ita quotidie videmus castra, & villas emi, & vendi cum mero, & mixto imperio, &c.

Sed quæro, nunquid (b) tale feudum emptum dicatur proprie feudum? (c) Respon. quod non dicitur habere propriam naturam feudum, ex quo non est gratuitum; ut in cap. 1. de feudo non habente propr. nat. feu. tamen est verum feudum, & regulariter secundum omnes leges, & consuetudines feudum. Ita generaliter volunt omnes Feudistæ, ut dicit Molin. in consuetud. Paris. feud. §. 30. n. 110. in fin. fed de hoc aliquid attingemus in discursu materie.

ADDITIONES.

(a) Mediantè pretio.] Hic insurgit pulcherrima dubitatio, an scilicet feuda capi possint in executione iudicati, vide per Jac. de S. Georg. remissive in l. si cum usufructuario, n. 6. ff. si ex noxa. cau. agator, & in quest. feuda. quest. 31. num. 19. Hic etiam scias, quod feudum mercenarium, vel censuale haud exprinat per sacros ordines, nec per monachationem, sed transit ad monasterium cum onere suo, per Jafon. in cons. 117. col. 4. vol. 4. & Rol. in conf. 23. nu. 14. post Bal. c. qua in Executionem de consuet. GIACH.

(b) Nunquid tale feudum emptum dicatur proprie feudum.] Quod t feudum emptum (quod scilicet t

interveniens pecunia acquiratur) feudis impropriis sit adscribendum, plerique interpretes non sine ratione concludunt. Primo enim, cui non competit definitio feudi proprii, alii nec competit definitio. Atqui feudo empto non competit definitio feudi proprii, siue real. Ergo feudum emptum non est feudum proprium, sed improprium. Assumptio sic demonstratur. Feudum definitur per beneficium in tit. 23. in primis, lib. 2. F. Jam vero feudum, quod pro beneficio interueniente comparatur, non est beneficium. Si quidem beneficium ex mera benevolentia, tribuentis beneficium illudque tribuens sponte sua pronaque affectione accipiens tribuit, dist. tit. 23. Atqui feudum, quod emittit pretio, non ex mera benevolentia, & pronaque affectione vendentis proficitur, ut omnibus patet. Sequitur igitur, feudum emptum non esse proprium feudum. Deinde si Feudum in tit. 27. in fine principii libri 1. F. dicitur scribitur: feudum (scilicet proprium) non sub pretextu pecunie, sed amore, & honore domini acquirendum esse. Quae verba satis arguunt: quod feudum per se, & sua natura non interuenit pretii, sed amore, ac honore solum domini, siue (ut in d. tit. 23. lib. 2. F. dicitur) ex benevolentia domini sit acquirendum. Atque ita docent, praeter Clarum nostrum, Curt. jun. de feud. par. 1. quaest. 6. nu. 14. Mozz. de divis. feud. nu. 37. Arcin. conf. 164. Sylvan. conf. 52. nu. 2. vol. 1. Brun. conf. 14. nu. 2. vol. 1. Corneus conf. 239. nu. 21. vol. 1. Dec. conf. 286. in fin. Jason. conf. 1. in princ. & conf. 24. nu. 9. & conf. 57. nu. 3. vol. 4. Menoch. conf. 391. nu. 36. vol. 4. Borchol. in Comment. in consuet. feudor. c. 4. nu. 16. Anton. Gabriel. Roman. commun. concl. lib. 2. sub tit. de feud. concl. 2. in princ. Bursatus conf. 4. nu. 15. & conf. 46. nu. 12. vol. 1. Schrader. in tract. feud. par. 2. c. 4. n. 55. huiusque omnes referens Vultejus lib. 1. de feud. cap. 8. n. 45. Quibus adijciendi sunt Schenck. Barto ad d. tit. 23. lib. 2. F. Rosenthal. in tract. feud. consuet. feud. cap. 2. concl. 61. Cujac. ad tit. 1. §. si quis illud lib. 2. F. Obrecht. disput. feud. 2. th. 367. Gail. libro 2. observat. 159. nu. 3. & 4. Berens disputat. 1. feud. th. 72. H. ubi dissentientium, Sontbeccii in Comment. in usus feud. parte 2. nu. 7. cum seqq. & Boceri in tractat. de qual. & different. feudor. cap. 5. n. 62. argumenta diligenter refutat HARP.

(c) Respond. quod non. In hoc articulo vide Ant. Gabr. libro 3. commun. opin. tit. de feudat. concl. 2. GOVEAN.

QUAESTIO XVII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Concessio feudi per verbum, Donamus, an dicatur donatio, vel feudalis concessio.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Donatio potius, quam infeudatio presumitur.
- 2 Vocabulum donationis in contractu apposim facit, ut negotium, de quo agitur, non contractus feudalis, sed donatio censetur.

Quaero, Princeps concedit (a) alicui feudum, & in concessione utitur verbo, Donamus, vel alio simili importante donationem, nunquid (b) censetur libera donatio, vel feudalis concessio? Respond. quod censetur libera donatio. Et ita in specie consultit Oldrad. conf. 159. n. 3. & hoc dictum Oldradi videtur communiter receptum, ut ait Gratus conf. 9. n. 78. lib. 1. Hanc etiam esse communem conclusionem Doctorum attestatur Socin. jun. conf. 102. numer. 9. & seq. lib. 2. Non n. debemus ad proprietate verborum recedere, maxime cum beneficia Principum (c) latissime sint interpretanda.

[a] Concedit. De natura vero verbi, concedo, vide per Jac. de feud. seq. ibi in summiat, sub num. 5. & in collecta mea, in vert. concessio, sub nu. 12. 13. & 14. GIACH.

[b] Nunquam censetur libera donatio. Cum * donatio potius, quam infeudatio presumatur, per notata Menochii conf. 1. numero 10. vol. 1. & Maskardi de probationibus conclus. 766. nu. 2. vol. 2. in contractu donationis vocabulum appositum effectus, ut nomen, quod agitur, non sit contractus feudalis, sed donatio. Ita, praeter Clarum nostrum, & ab eo citatos hic, tradunt Alberic. in rubr. c. de donat. Rosenthal. in tractat. juris feudat. ca. 6. concl. 27. Mozz. de accident. feud. nu. 40. & seq. Decius conf. 468. nu. 1. Alciat. & conf. 498. n. 11. Ruin. conf. 42. nu. 6. vol. 1. Alciat. & conf. 172. nu. 5. & conf. 199. nu. 26. & conf. 374. n. 5. Gozad. conf. 8. n. 16. & seq. alique plures, quos venient, & sequitur Vultejus lib. 1. de fin. ca. 7. nu. 56. vers. debent autem verba, &c. HARP.

[c] Latissime interpretanda. Juxta text. in l. fin. ff. de constit. prin. & de feudo concessio, vide per Franc. de Evesl. conf. feud. conf. 40. de verbor. obligat. genui, vide per Roland. in conf. 48. n. 9. in 4. GIACH.

QUAESTIO XVIII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Res an in dubio presumatur allodialis, vel feudalis.
- 2 Et quid si investitura sit de castro, & pertinentiis, an dominus habeat intentionem fundatam pro omnibus bonis, quae vasallus possidet in territorio illius castri.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Res in dubio presumatur allodialis, non feudalis.
- 2 Servius in dubio non presumitur.

Contingit quandoque, quod dominus assentit alicquam rem, quam vasallus possidet esse feudalem, e converso autem vasallus contendit eam esse allodalem: quaro, an presumatur feudalis, vel allodialis? Respond. quod in dubio qualibet res presumitur (a) allodialis, & non feudalis. Haec est vulgata regula, quam omnes Scribentes sequuntur tam legendo, quam consulendo, ut dicit Bellon. conf. 10. n. 9. Est enim feudum species servitutis, quae in dubio non presumitur.

Sed quid, si vasallus habeat investituram de castro, & pertinentiis, nunquid eo casu dominus habeat intentionem fundatam: ita quod omnia bona, quae vasallus reperit possidere in territorio (b) illius castri, presumantur feudalia, & vasallo incumbat onus probandi, quod sint allodialia? Resp. quod non, sed presumuntur allodialia, nisi dominus probet ipsas res esse de pertinentiis. Ita dicit Hostien. in c. nunti de jurejur. & est communis opin. ut ait Bellon. in d. conf. 10. post num. 1. & ita in facti contingentia iudicavit consilium Neapolitanum, ut refert Assid. decis. 207. Et superioribus annis, dum similis quaestio verteretur in causa magni ponderis, fuit pronuntiatum pro vasallo, non obstante, quod bona, de quibus agebatur, essent sita intra confinia territorii descripta in investitura.

ADDITIONES.

(a) Presumitur allodialis. Adde commune hoc esse, ut per venerand. colleg. Papie in voto causa Finati sub num. 36. quod reperitur post tractat. D. Jac. Menoch. de recip. possess. & dixi in mea collecta. comm. opin. verb. feudum, nu. 2. ubi etiam agatur de Marchionatu, quando Marchionatus potest habere titulo

titulo donationis, seu allodiali. Ad illud etiam adde per Alex. in conf. 129. in pr. lib. 1. & conf. 15. vol. 5. Bald. in c. significavit, col. 1. de resor. & per Dec. in conf. 588. sub nu. 8. ubi per hoc fundamentum consultit heredem institutum mittendum esse in possessionem honorum, ex quo allodialia presumantur, idem in conf. 467. & seq. per Crav. conf. 112. n. 12. Rol. conf. 82. vol. 2. GIACH.

[a] In dubio qualibet res presumatur allodialis. Si t de ipsa feudi substantia incidat controversia, utrum res, de qua contenditur, sit feudalis, an allodialis: in dubio presumatur allodialis, non feudalis per textum, in tit. 26. §. 1. lib. 2. F. Alciat. de presump. reg. 2. presump. 1. Gabriel. lib. 3. sub tit. de feud. concl. 3. nu. 1. Curt. jun. conf. 41. nu. 7. Grat. conf. 46. n. 9. & conf. 9. n. 152. vol. 1. Rol. a Valle conf. 46. n. 39. vol. 3. Menoch. conf. 252. n. 1. & conf. 397. n. 2. vol. 1. 2. 4. Epulseque rationem hanc assignant: quia t feudum in se servitutum aliquam habet, quae in dubio non presumitur, Clarus hic Mozz. de natural. feud. nu. 2. Dec. conf. 424. nu. 8. & conf. 498. n. 3. & conf. 588. n. 12. Gozadin. conf. 50. nu. 7. Illudque comprimis procedit, si bona controversia sita sint extra feudi limites. Item, in cap. 1. n. 3. de controvers. ini. masc. & femin. Brun. conf. 127. vers. quod sit septimam. Natta conf. 514. nu. 12. vol. 4. cum alias citam, ut maxime res controversa sita sit in territorio, & pertinentiis castri, quod constat esse feudale, adduc allodialis presumatur. Ita, post Clarum hic nostrum, & alios a se allegatos, docet Vultejus lib. 2. de feud. ca. 3. num. 10. & seq. ubi plura hae pertinentia eleganter explicat. HARP.

[b] In territorio illius. J. Adde, & vide per Jacob. in jura quaest. feudat. q. 7. Bene verum est, quod rem meam allodalem possum recognoscere in feudum, commun. per Roland. conf. 2. nu. 100. GIACH.

QUAESTIO XIX.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Ex praestatione servitutum personalium per longum tempus, an presumatur titulus vasallagii.
- 2 Et an ex eo, quod quis per decennium possedit aliquam rem sui feudalem, presumatur praecessisse feudalis concessio.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Feudum quanti temporis praescriptione acquiratur.
- 2 Quod in uno correlativorum statum est, in altero quoque statui debet.

Quaero, aliquis servivit mihi, ut vasallus longo tempore, id est, per decennium, praestando servitia personalia, nunquid ex hoc praesumatur titulus vasallagii, siue homagii? Resp. quod non, sed requiritur tempus triginta (a) annorum. Ita tenet Bart. in l. solent. §. fin. n. 9. ff. de offic. pro conf. & in l. luitius, n. 3. C. de agric. & conf. lib. 10. Et est communis opin. ut dicit Bald. de prescrip. in 3. parte principali 10. q. 1. partis n. 34. & in 2. quaest. principalis q. 6. num. 1. in fin. Est enim magni praedicti, ut quod efficiatur vasallus alterius, ideo requiritur saltem cursus 30. annorum.

Sed pone, aliquis diuturno tempore, id est, per decennium, possedit aliquam rem, ut feudalem, nunquid praesumatur praecessisse solemnis concessio feudalis? Resp. quod sic. Et ista est communis opin. ut dicit Bald. in d. 10. q. 1. partis n. 35. vers. Et ex ibi notatis, quem refert Paris. conf. 32. nu. 3. lib. 4. Nem hoc quidem casu agitur de longe minori praedictio, quam in superioribus: quantum scilicet interest, interest inter personam, & res, merito etiam minoris temporis cursum sufficit ad inducendam praescriptionem.

[a] Triginta annorum. J. Iste est text. in c. 1. §. si quis per triginta, si de feud. desin. fuerit controvers. sed vide per Roland. in conf. 3. nu. 79. ubi declaratum est quod contra praescriptionem 40. annorum restitutum in integrum concedatur: vide per Socin. in conf. 66. vol. 4. & dixi alias, GIACH.

[b] Requiritur tempus triginta annorum. Quemadmodum * aliquis in fundo, quem per triginta annos tanquam feudum possedit, jus feudi triginta annos acquirat, c. unie. §. Si quis per triginta annos si de feud. desin. contem. sit int. dom. & agri. vasall. tit. 26. lib. 2. F. Ita vice versa si quis per annos triginta alicujus fundi nomine, qui revera liber erat, non feudalis, servitia feudalia a domino tenet, tanquam a vasallo, precepit: is directum fundi istius dominium praescribit, fundique dominium sibi vasallum acquirat: idque ex natura correlativorum.

Quod * enim in uno correlativorum statum est, in altero quoque statui debet, l. ultim. ibique Bartol. Bald. & Angel. C. de indit. vidit. rollant. l. 1. c. de cupressis. Everhard. a Middelburg. in locis legalib. loc. 2. correlat. nu. 3. Atque hac ratione Doctores communiter hanc sententiam tuerunt. Matthaus de Afflic. Praepositus, Petrus Ravennas, Laudens. & Alvarrot. in d. tit. 26. §. si quis per 30. annos, lib. 2. F. Speculator. de feud. §. 2. vers. secundo quaeritur, &c. Mynsinger. cent. 4. observ. 29. in fi. Duaren. de feud. c. 8. n. 2. Borcholt. in Comment. in consuetud. feud. cap. 7. part. 3. nu. 9. Rosenthal. in tract. juris feud. cap. 6. conclus. 8. Vultejus de feud. lib. 1. cap. 9. nu. 16. Mozzius de substantia feud. nu. 31. & Dn. Collega Boccr. stat. 5. disp. 17. nu. 47. edit. 2. & in tract. de prescrip. feud. cap. 2. nu. 36. & seq. ubi ad contraria solide responder. Ceterum de praescriptione feudi explicatius agetur infra ad qu. 45. HARP.

QUAESTIO XX.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Vasallus dicens pacta, quae dominus vult apponere in investitura, esse insolita, an teneatur illa probare.
- 2 Et an recognitio per impressionem, vel errorem facta aliter quam more solito noceat posteris.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Insolitum est, quod praeter naturam, aut conventionem feudi accedit.
- 2 Feudorum mutatio, vel insolita recognitio quibus noceat, remissiva.

Quaero, tu scis, quod in renovatione investiturae quandoque apponuntur pacta (a) insolita. Modo vasallus dicit, quod pacta, quae dominus apposuit, vel vult apponere in investitura, sint insolita, vel e converso, nunquid erit illi credendum? Resp. quod non, sed alleganti pacta esse insolita incumbit onus id probandi. Ita volunt omnes Doctores, ut dicit Jac. in verbo, Qui quidem investit, nu. 65.

Sed pone, quod per impressionem, vel errorem sit facta recognitio feudi, aucter quam more solito, nunquid talis recognitio nocebit (b) posteris? Resp. quod non. Ita eleganter dicit Bald. in c. 1. §. fin. post num. 2. de feudo guar. quem caeteri Doctores sequuntur, ut ait Jac. in d. verbo, Qui quidem investit, num. 70. in fin. & in verbo, Dicitur vasalli, num. 13. dicit, quod illud dictum Baldi sequuntur omnes posteriores, & ibid. num. 21. dicit, quod omnes sequuntur. Sit tamen cautus vasallus, ut semper accipiat renovacionem iuxta formam primae investiturae, quia si illa deperderetur, posset illa renovatio maximum praedictum afferre suis descendentibus. Praeterea intellige hanc conclusionem, ut procedat in feudo antiquo ex

Uterius quero, tu habes text. in cap. imperialem, §. firmiter, de prohib. feudi alien. per Frieder. quod vassallus tenetur ire, vel mittere cum domino (a) ad expeditionem bellicam, vel ipsi domino subministrare dimidium redditus unius anni: Modo vassallus vult ire personaliter ad praestandum auxilium domino: dominus autem potius vellet habere dimidium redditus feudi: cuius (b) erit electio? Resp. quod spectabit vassallo, ita dicunt communiter Doctores, ut ait Jac. in verbo, Et promiserunt, num. 26. quidquid distinguendo dixerit Jacob. de Belvi. in cap. 1. §. fin. de pace juram. firm. ut ibi per eum.

ADDITIONES.

(a) Um domino.] Hic nota unum not. dictum, quod vassalli Baronum sunt subiecti Regi, in tantum, quod principaliter tenentur adjuvare Regem, etiam contra Baronem dominum suum, & non Baronem contra Regem, sed bene contra alium adjuvare Baronem, per Afflic. decis. 199. num. 107. sed nunquid si vassallus vult remittere feudum potius, quam servire domino, an dominus tenetur recipere renunciationem? Quod non, quia feudum est datum gratia utriusque ut habetur per Afflic. eadem decis. 165. n. 53. GIACH.

(b) Cuius erit electio.] Si vassallo non fit commodum, nec placeat, vel in persona vel per substitutum servire domino poterit solvendo ex feudo dimidium redditus anni istius, in quo ad servendum vocatus fuit, sefe liberare: adeo, ut in ipsius electione hoc fit, etiam si dominus fortasse magis servitium, quam hunc redditum mallet. Sicut & e contra, si dominus redditum petat, vassallus autem servitium mallet: non potest dominus cum ad praestationem redditus compellere, per textum in tit. 55. §. firmiter. ubi Andreas de Herma nu. 30. Alvarotti. in princ. num. 1. Matth. de Afflic. Laudensis, Ravennas, & Balzaranus, num. 14. & alii, lib. 2. F. In * alternati-
2 tivis enim plerumque debitoris est electio, utrum praestare velit, non creditoris, l. pterquamque, 12. §. ultim. ibique gloss. ff. de jur. dor. l. si emptio, 34. §. penultim. ff. de contrah. empt. l. non utriusque, 3. ubi Jafon. ff. de eo, quod certo loco, c. in alternati-
3 70. ibique Dynus. de reg. jur. in 6. Atque ita, post Clarum nostrum, & plerumque Feuditas sentiunt Schaderus in tractat. feud. par. 6. c. 6. nu. 50. Rosenthal. in tractat. feud. cap. 8. conclus. 23. nu. 9. cum seq. & D. Bocerus in tract. de iure, & commodo senioris lib. 1. cap. 4. nu. 23. & seqq. Enimvero si dominus in magno quodam periculo constitutus sit, nec inde se liberare possit, nisi ipsemet vassallus suo personali servitio ei succurrat, veluti si dominus vel omnino nullam, vel non confensum stipendiarium militem nanciscitur queat ea pecunia, quam ex feudi redditibus praestare vassallus tenetur: hoc certe ipsimet comparato, vel idoneum vicarium mittere cogitur, argum. textus in tit. 7. §. ult. sed quia, & tit. 7. §. ult. & si servitio, lib. 2. Feud. Bald. in tit. 54. de alodis, n. 21. & ibi Preposit. lib. 2. F. Jacobini. de S. Georg. in tract. feud. in verb. & promissionem. Schradet. de part. 6. c. 6. nu. 56. vers. hoc tamen, &c. Rosenthal. d. cap. 8. conclus. 23. num. ult. eoque referens D. Bocet. d. lib. 1. c. 4. n. 27. HARP.

QUESTIO XXIII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

1 Vassallus an teneatur alere dominum egenum.

Ex Additionibus.

- 1 An vassallus dominum suum egenum alere teneatur.
2 Liberius cogitur alimenta patrono suo suppeditare.
3 Necare dicitur, qui alimenta denegat.
4 Necessitatis species est fames.

5 Alimenta debentur illi, qui aliquo casu dominus est futurus.
6 Vassallus domino ad servitium praestanda est obligatus.

Quaro, nunquid vassallus (a) teneatur alere dominum egenum? Respond. Bart. (b) in l. alimenta, §. Imperatoris, num. 2. ff. de lib. agnos. videtur tenere, quod sic, prout etiam clarus tenuit in tract. suo alimentorum, num. 45. Contrariam autem opin. quod scilicet non tenetur cum alere, tenuit Jacob. Arduo in sum. quib. mod. feud. am. sub Rubric. an vassall. tenea. dominum egen. &c. Et hanc dicit esse communem Alvar. in c. licet, n. 6. ff. de feud. fore. controu. quem refert Episcopopus Loazes in alleg. pro Marchione Velez, fol. 171. nu. 29. Quam tamen ego si contingeret de facto, in duobus casibus non sequer in iudicando. Primus est, quando dominus ex facto, aut culpa ipsius vassalli ad inopiam pervenisset, prout expresse sentiunt Doctores in hac materia loquentes. Secundus, quando vassallus superabundaret divitiis, & maxime, si divitiis provenerent ex ipsa re feudali. Sed intellige, quod ad id cogi potest, non autem quod amittat feudum, si non fecerit.

ADDITIONES.

(a) Teneatur alere.] De communi dixi in collect. mis. commun. opin. verb. vassallus, & vide sup. §. de donatio, qu. 21. vers. sed quod ergo si donarius, &c. Et de obligationibus vassalli ad dominum, & e contra vide per Afflic. in decis. 268. 297. & in titul. que per regali. Natta consil. 390. ubi de casibus, in quibus potest Princeps imponere collectam subditis, seu ab eis auxilium petere, & exigere. Vide etiam per Boss. de bon. pub. atque tit. de regaliis. Item nunquid dominus debeat suis vassallis indicare aliquam novitatem? Quod non, quia nova servitia indebita presumuntur per vim, & impressionem extorta. Ita per Bald. in c. 1. de quo per Jac. in suis q. feudaltib. q. ult. GIACH.

Nunquid vassallus teneatur alere dominum egenum? Quod vassallus si dominum suum egenum alere tenetur, probabilius, & equius videtur. Tum quia licet debita alimenta suo patrono suppeditare tenetur, si quis a liberis, §. si solent iudicari, 17. §. §. §. ff. de agnoscend. & aliend. liber. alioqui in servitium revocari potest, l. alimenta, 6. ibique Bart. & alii ff. eod. tit. Tum quia vassallus dominum suum incolumentem servare strictus est, tit. 6. lib. 2. F. Necare autem dicitur, qui alimenta denegat, l. necare, 4. ff. de agnosce. & aliend. liber. Tum quia vassallus domino suo in necessitate subvenire cogitur, tit. 26. §. licet vassallus, tit. 2. F. Necessitatis vero species est egestas, & fames, arg. l. 1. C. de oper. libertor. c. 3. ex. de furt. l. 2. C. de patriis, qui filios suos disfrac. l. sancimus, 21. vers. excepta videlicet, C. de SS. Eccl. Tum quia etiam quia alimenta debentur illi, qui aliquo casu dominus est futurus, l. 1. §. ratiens, 2. vers. equius ff. de venire in possess. mitem. Atqui dominus feudi, proprietatem praedii feudalis sibi iure vindicet etiam, §. ultim. lib. 2. F. & ipsum quoque feudum certis casibus ad dominum redit, puta si ei sit apertum. Tum postremo quia dominus egenus magis indiget alimentis, quam servitiorum praestatione. Cum ergo ad praestanda servitia obligatus sit vassallus domino: mortuo ei, & quidem multo magis, obstrictus censetur etiam ad alimenta praestanda: cum necare dicitur, qui alimenta denegat, dicit. l. 4. ff. de agnosce. & aliend. liber. Atque haec praecipue rationibus moti, hanc sententiam, post Bartolum hic a Claro citatum amplectuntur Speculator in §. 1. n. 11. qui filii sint legitimi. Bald. in l. 1. §. sed semus, nu. 2. C. de Latin. libert. roll. Franciscus Aretin. in l. si quis non 73. nu. 1. ff. de acquir. vel omitt. hered. Jacobini. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti num. 78. Matthias de Afflic. decis. Neadem investiti num. 78. Matthias de Afflic. decis. Burgund. polit. 265. num. 104. Chassan. in consuetud. Nicolai rubr. 3. verb. le vassal est tenu, numero 20. Nicolaus Everhard. in Topic. legal. in loc. a libero ad vassallum, num.

14. Joan. Baptista de Caccialup. in repetit. c. 1. n. 15. de cogit. feud. Molin. in consuetud. Paris. titul. de mater. feud. §. 30. n. 145. hofque referens Ludolphus Schrader. in tract. feud. par. 9. cap. 8. nu. 12. & seq. Quorum partes sequi dubitat nihil D. Collega Bocet. in tract. de jur. & commodo senioris, &c. lib. 1. cap. 4. n. 144. & seqq. ubi negantis opinionis tutelam suscipiunt, maxime vero Henrici a Rosenthal. in tract. feud. cap. 8. conclus. 27. & 28. argumenta dilucide refutat. Negantis quoque tueri sententiam conantur Rudinger. lib. 1. var. lectiom. jur. feud. c. 45. num. 5. & Paulus Berens disp. feud. 7. th. 78. HARP.

(b) Bart.] Adde Spec. in tit. qui filii sui legit. §. 1. vers. sed nunquid dominar. & Bal. in l. unic. §. sed scimus, C. de lat. lib. tol. Et hoc ad exemplum liberti, qui tenetur patrono egent praestare alimenta, quoniam ipsi libero aliquid superest, l. 1. cum ibi notat. in gl. C. de ope liber. vide Everhard. in loc. a libero ad vassallum. GOVSAN.

QUESTIO XXIV.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Vassallus an teneatur liberare dominum a carcere.
2 Et quid si iuste carceratus.
3 Ex Additionibus.
4 Vassallus an & quatenus dominum a carcere liberare cogatur.
5 Carcer mala mansio dicitur, & injuriam atrocem inferi.
6 Vassallus injuriam a domino suo propulsare debet.
7 Si dominus iuste est incarceratus, cum vassallus liberare non compellitur.
8 Vassallus debita domini exolvere regulariter non tenetur.
9 Filius pro patre conveniri nequit.
10 Qua in causa vassallus dominum juvare necesse habeat.

Quaro, an teneatur (a) vassallus dominum carceratum carere liberare? Resp. quod si est carceratus pro debitis, non tenetur vassallus eum liberare, nisi debita fuissent a domino contracta ex facto aut culpa ipsius vassalli. Et hanc doctrinam dicit esse communiter receptam Zas. de feud. in 7. par. vers. Si porro dominus, quem refert Episcopopus Loazes in alleg. pro Marchio. Velez. fol. 171. num. 29. Ceterum regula videtur esse in contrarium, per tex. in cap. 1. §. item si delator, que fue. pri. caus. benef. am. quod scilicet, si non pecuniam, saltem operam suam tenetur (b) vassallus exhibere, pro liberatione domini, alias privatur feudo. Et licet text. in d. §. secundum unam lectionem solummodo dicat, quod non evitabit indignationem domini; tamen intellige, quod illa verba important privationem feudi. Et ita sentit gloss. magna ibi in primis verbis: & ita etiam voluit DD. ut dicit Jacob. in verbo, Dicitur vassalli, num. 37. in fin. imo vulgata lectura habet praecise, quod feudum perdit. Bene verum est, quod Molin. in consuet. Paris. feud. §. 30. num. 146. in fin. dicit, quod non observatur, quod ad hoc cogi possit, nec quod amittat feudum, si non fecerit. Sed ego nunquam vidi contrarium servari: & si casus contingeret, nescio quomodo posset vassallus defendi contra expressam dispositionem illius text.

Sed quid si dominus sit iuste carceratus, nunquid tenebitur vassallus curare ejus liberationem? Resp. quod non. Et ita limitatur dispositio d. §.

Item si delator, secundum And. de Her. ibi, vel si cogoverit. quem carteri DD. sequuntur, ut dicit Jacob. in verbo, Dicitur vassalli, n. 31. Qui enim iniuste deliquit, iuste plectitur.

ADDITIONES.

(a) An teneatur vassallus.] Hic unum not. verbum tene menti, quod vassallo non sufficit abstineri a malo, nisi faciat bonum pro domino, ut per Afflic. decis. 265. nu. 45. & decis. 307. nu. 4. GIACH.

An teneatur vassallus dominum carceratum carere liberare.] Si vassallus sciens dominum carere inclusum, cum potuerit, non liberaverit, feudo merito cadit, per textum apertum in tit. 24. §. item si delator, lib. 2. F. Carcer siquidem mala mansio, quae equiparatur morti, dicitur, l. si hominem, 7. in princip. ff. de possit. l. nec timorem, 7. §. 1. vers. timuit, & l. penult. ff. quod not. caus. l. item apud Labonem, 15. §. quoniam 41. vers. quoniam verbo, ff. de injur. Bolinus in praes. crim. tit. de carcere, n. 1. & atrocem injuriam inferi, per notata Alexandri cons. 17. nu. 5. vol. 1. hoc t tortura quaedam species censetur, per doctrinam Bald. in l. 2. nu. 6. C. de Episcop. audient. Thoma Grammatici cons. 60. n. 4. Roland. a Valle cons. 17. nu. 1. vol. 3. & Petri Friderici Mindani lib. 1. de processib. cap. 47. nu. 4. pag. 201. & denique libertatem, a qua res est inestimabilis, incarcerationo admittit, l. libertas 106. ff. de reg. jur. §. fin. vers. sed cum libertas. Insuper quib. ex caus. manamitt. non licet, l. 2. ff. de libero homine exhib. l. Titio centum, 71. §. 2. ff. de condit. & demonstrat. Cum t itaque vassallus injuriam domino suo pro-
4 pullare debeat, & ad hoc nominatum iuramentum se adstrinxerit, c. unic. de nova forma filiet. tit. 7. lib. 2. F. & dominus in carcerem compactus atroci injuria afficiatur, ut paulo ante notatum: sequitur, vassallum recte feudo privati, si contra praestitum iuramentum venerit, & dominum a carcere, cum potuerit, non liberant. Ita tradunt Gloss. Benck. Herm. Alvarotti. Preposit. Laudens. Raven. Schelk. Balzaranus, & alii in d. tit. 24. §. item si delator, lib. 2. F. Borcholt. in Commentar. in consuetud. feud. cap. 8. n. 113. Antigliol. censur. feudalt. 1. q. 98. n. 144. cons. 31. Schneck. de vitiis in tract. feud. par. 8. cap. 1. nu. 76. caus. 15. Schrader. in tract. feud. par. 9. cap. 8. nu. 6. Rosenthal. in tract. feud. tit. 10. conclus. 20. num. 9. aliique plurimi per hunc cumulati. Quod tamen Interpretes non male accipiunt de domino sine fua culpa in carcerato esse causa injusta. Etenim si iustum ob causam carere inclusus sit dominus, vel propter delictum, vel propter aetis alieni magnitudinem: cum vassallus sua pecunia aut fidejussione liberare custodia minime tenetur. Tum t quia vassallus debita domino exolvere regulariter non est obligatus; etiam si his non solutis, domino periculum perjurii imminet, titul. 26. §. licet vassallus lib. 2. Tum t quia nec filius pro patre, nec libertus pro patrono, ratione debiti, vel delicti conveniri potest, per tot. tit. C. ne filius pro patre, &c. Tum etiam quia dominus cedendo bonis semet ipsum carere liberare potest, l. 1. C. qui bon. eod. poss. Tum t denique quia vassallus in causa iusta dominum juvare tenetur, d. tit. 7. & tit. 28. lib. 2. F. At vero iustum causam dominus non fovet, si ob delictum aliquod carceri est mancipatus. Atque ita, post Clarum hic notatum num. 2. & alios, tenent Borcholt. d. c. 8. nu. 114. & Vultejus lib. 1. de feud. cap. 11. num. 48. Quamquam aliter sentire videatur D. Bocet. class. 5. dispur. 20. th. 126. edit. 2. HARP.

(b) Teneatur.] Adde, quod tenetur vassallus ope, & sermone tractare dominum, ut dominum, per Afflic. d. decis. 265. n. 104. & in quibus tenetur adjuvare dominum, vide ibi n. 54. quod non tenetur, Roland. cons. 3. num. 34. vol. 3. HARP.